

(confirmatio) significationem, ut quod firmum erat confirmetur, & ideo firmitas debet precedere confirmationem, sequitur Alexand. in consilio 122. & 32. vol. 5. Craveta in consilio 425. & 72. Petrus Surdus decis. 289. num. 8. & 9. quibus alios concordantes congestit conf. 47. num. 19.

21 Et ideo quodcumque de læsione, & præjudicio doceatur, reponuntur. & revocantur, ut in minore probat. text. in cap. 1. de integ. rest. Covar. post alios latissimè lib. 2. var. c. 17. à nu. 2. per multas columnas plures referens, tenentes, quod quantumcumque adhibeatur decretum, & solemnitates in alienatione rerum immobilium minorum, & Ecclesiarum, non impediunt eisdem, ut suo jure, & restitutionis remedio utantur, probata læsione, & damno, prout aliàs etiam adversus contractus auctoritate totius, vel curatoris celebratos potest reclamare, si se læsum putaverit, ut latè per Joannem Mauricum in tractatu de restitutione in integ. cap. 143. post alios.

22 Nam cum ista decreta sunt actus extrajudiciales, ubi interponuntur non transeunt in rem judicatam, quia nec sunt sententiæ nec acta judicii, nec continent condemnationem seu absolutionem, ut supra latissimè, c. præcedenti diximus, & evidentè probabiliusque rationibus, & auctoritatibus verum resolvimus, nec interveniunt in vim judicii, sed in vim cujusvis alterius solemnitatis alicujus contractus, seu actus, prout testis, tabellio, præsentia consanguineorum, licentia patris, &c. ac ideo nihil mirum, ut illæsum, & integrum jus interesse, & præjudicium putantium, juxta text. in leg. & si præses ibi. Et si præses provincie decreverit alienandum, vel obligendum pupilli suburbanum, vel rusticum prælium, tamen actionem pupillo si falsis allegationibus circumventam religionem ejus, probare possit, Senatus reservavit, quam exercere, tu quoque non vetaveris. C. de prædiis, & aliis rebus min. idem probat l. 1. in fin. princip. ibi, manente pupillo actionem si postea potuerit probare, &c.

23 Et quamvis pro hujusmodi decretis, judicium auctorantium in alienationibus Ecclesie rerum, & aliorum actuum, in quibus enuntiantur solemnitates intervenisse, præsumatur, omnia ita fuisse solemniter acta: tamen hoc est interim, donec contrarium probetur, Felin. in cap. quoniam contra numero 27. conclus. 7. & Decius à num. 187. de probatio. Alciatus regul. 3. præsumptione 10. Aimon. de antiquit. tempor. 2. part. §. 1. à nu. 14. Ang. Gabr. de sententiis conclus. 3. in princ. & num. 31. & 38. Mascard. de probation. con. 487. & conclus. 489. & conclus. 1321. n. 21. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 35. à num. 12. dicens magis receptum, ubi plures allegat. idem etiam probant Simoncellus de decretis lib. 3. tit. 8. n. 41. Achilles decis. 190. alias 2. de decretis. Puteus decis. 410. lib. 2. & Rota decis. 598. ex n. 3. part. & decis. 72. nu. 34. & 36. & decis. 178. n. 4. & decis. 193. & 316. num. 7. p. 2. diversorum.

24 Et quando solemnitates requisitas, & causæ cognitionem adhibitam fuisse, & intervenisse enuntiat à tabellio & exprimuntur in instrumento decreti nominatim, & in specie, procedat etiam de doctrina, licet secus sit, quando in genere exprimuntur, ut tenent Parisius consilio 12. nu. 58 lib. 2. & consil. 85. n. 39. lib. 3. & Anton. Gabriel. Achilles, Rota, Menoch. Alciat. & alii relatis in locis, Oldrad. consilio. 162. n. 4. Quando autem enuntiat ab ipso giudice præfatæ solemnitates in instrumento, & sic quando instrumentum nomine judicis concipitur, etiam si in genere non in specie solemnitates causa legitima, & his causæ cognitionem adhibuisse, pro ejus decreto est præsumendum, donec de contrario doceatur, ut id conciliando duas opinioniones contrarias in hoc, an sit nominatim, vel sufficiat in specie solemnitatum enuntiatio facienda, ex pluribus Doctoribus comprobatur Nicol. Garc. de bene-

ficiis 11. part. cap. 2. §. 2. num. 129. & seqq. & supra à num. 121.

Igitur ubi parvum, imò nullum præjudicium generatur, sed integrum & perfectum jus maneat illæsum illud habentibus seu prætendentibus, nihil mirum, ut decreta non suspendantur per appellationem subsequutam, imò ea pendente executioni mandantur, ea quæ communiter annotantur in leg. unica quod si de moment. poss. fuerit appellatum, & nos latè infra 3. p. maxime cum adsit juris præsumptio, pro hujusmodi iudicis decretis, quod est non paucum considerabile ad executionem eorum, quæ iudex statuit, ut est videre per Rotam. decisione 233. alias decis. 35. de appellat. in novis Caputaq. decis. 328. 1. part. n. 2. & per totam.

Desuper, quoniam hæc decreta interposita super alienatione rei Ecclesie, aut minoris, transactione alim. adoptione & similibus expediuntur per modum voluntariæ jurisdictionis, ut docet Felin. in c. quoniam contra sub nu. 27. versic. septima conclus. de probation. l. ab ea parte ff. de probat. l. 1. ff. de offi. proconsulis, & leg. cum inter volentes tantum, exerceantur, & expediantur, secundum dict. leg. 2. & ibi gloss. verbo contentiosam, & ut inquit Bald. in l. nequidquam §. ubi decretum vers. tertio modo, quod decretum iudicis ob hoc ipsum dicitur permissio, vel dispositio, condemnationem vel absolutionem non continens, quod istud reperitur in jurisdictione omnino voluntaria, ubi nemo est citandus ut in d. l. ab ea parte, & leg. 3. §. penult. ff. de bonorum possessio. Sed in his quæ sunt voluntariæ jurisdictionis, 28 iudici appellatione pendente, permittitur innovare, tenet Ist. (qui melius illum text. Alexand. intellexit & interpretatus est) in l. 1. versiculo secundo & ulterius. C. de bonorum poss. secundum Tab. ibi adde etiam Decium, quos referens in hoc sequitur Bertachin. in reperiario verbo appellat. pendente. colum. 2. ad fin. quoniam à facto merè voluntario appellatio non admittitur, l. si de appell. precip. ibi, item quominus pignus vendere liceat appellari non potest, & l. ex consensu §. fin. ff. de appell. faciunt quæ adducit post alios Lambertii de jure patron. art. 10. q. 7. princ. 2. p. lib. 2. fol. 156. & quod ita tenendum est, licet Lancelot. de attentat. 2. p. c. 12. ampliatione, sequutus contrarium tenuerit, nempe, in his quæ sunt voluntariæ jurisdictionis licet appelleretur, nulla adducta ratione nec fundamento, sed ex Alexan. & aliis moti omnes ex l. 2. C. de bon. poss. secundum Tab. sed ille text. nihil suæ intentioni probat quia & poss. ex illo titulo sit voluntariæ jurisd. sua natura attenda, quia in non volentes expeditur, tamen quando compareret contradictor, jam definit esse voluntariæ & sit necessariò contentiosæ, ut dictum est, & notatur in d. l. 2. per gloss. & Doctores, & sic in casu illius text. comparens arguit de facilitate contra testamentum, & contra ipsum per sententiam in contradictorio iudicio pronuntiatum est, & judicialiter, ut ex adductis in hoc articulo apparet evidentè, ex tot efficacibusque rationibus, quarum aliquam si præfati Doctores considerassent, contrarium dixissent.

Et ex his, quæ hæctenus dicta sunt potes formare unam resolutivam conclusionem, ut à decretis interpositis extrajudicialiter à iudice, ut in alienatione rerum Ecclesiasticarum, vel minoris, vel confirmando aliquem actum, & similiter, appellationi emissæ iudex Ecclesiasticus non deferens, nec vim facit.

Hæc tamen conclusio probabiliter limitatur, ut intelligatur prout loquitur, quando scilicet decreta expedita sunt extrajudicialiter, ut aliter sit affirmandum, quando judicialiter præstantur cum contradictore, nam verissimum est, actus extrajudiciales effici judiciales per comparitionem legitimi contradictoris opponentis ad illos legitimas exceptiones, in part. ut tunc debeat omnino judicialiter audiri, & de exceptionibus oppositis in forma judiciali cognosci, aded ut actus

actus qui aliàs erat extrajudicialis sui natura, per comparitionem legitimi contradictoris, efficiatur judicialis, & causæ cognitio adhibenda, ita exactissime auctoritatibus validis, & rationibus, probavi supra c. præcedenti à princ. ubi videre poteris, ubi etiam, quod tunc est necessariò negotium per sententiam diffinitivam terminandum, & sic appellationi omnino locum fore quoad utrumque effectum devolutivum & suspensivum.

31 Quod in decreto confirmationis hanc distinctionem constituere expressè Philip. Franch. in c. constituitis el. 2. col. 4. versiculo sed certè melius loquendo in confirmatione, &c. de appellatio. Hostiens. Anton. de Butrio, ibi, & Joann. Andreas in cap. avaritia, de electione, lib. 6. idem etiam dicit Bertachi. in reperiario. verbo confirmatio potest. sub nu. 80. ad medium: allegat Bald. in additio. Specularo. de appellatio. versiculo pro diffinitiva. Idem & latè probat Lambert. de jure patro. in 3. art. q. princ. 2. p. lib. 2. idem Lambert. 8. q. 10. art. 1. quæst. princ. part. lib. 2. & notat omnes, Abb. Felin. & ceteri in c. fin. de præsumptio, & aliòs plures citavi ad id supra cap. superiori.

32 Et his convenit, & illud, ut actus, qui sunt voluntariæ jurisdictionis sui natura, quando apparet contradictor, efficiantur jurisdictionis contentiosæ, ut per text. in l. 1. C. de bonorum poss. secundum Tabul. docent Odof. Salic. & Palud. de Castro ibi, & Bald. in §. si causa cognita ff. de bonorum poss. Ist. in d. l. 1. sub n. 3. versic. secundo pulcherrimus, & versic. secundo & sortius, & per sententiam diffinitivam terminentur data copia actorum iudicii eidem, quod secus est, quando nullus compareret contradictor in his actibus voluntariæ jurisdictionis, quia tunc nullus adhuc citatio requiritur, ut optime advertit, Bald. in d. l. ne quicquam §. ubi decretum vers. tertio modo ff. de offic. præf. pratoris & legati: & prædictam doctrinam, etiam latè in exequutoribus probavimus, c. superiori. Succedit ad propositum nostræ quæstionis, ut delegatus, cui Papa committit, ut se diligenter informet de utilitate Ecclesie, & si repererit in evidentem utilitatem Ecclesie cedere; alienationem confirmet, seu licentiam alienandi concedat cum sat sit, ut se extrajudicialiter informet absque citatione, ut ad principium hujus capituli probavimus; procedit, quando Papa ita simpliciter committit alicui, ut se informet, & tunc circa informationem statit ejus assertioni, & pro ejus decreto præsumitur absque processu, Rota decis. 716. n. 4. & decis. 160. nu. 8. part. 2. divers. Prosper. de August. in appendi. ad summam Bullarii, verbo, alienatio sub nu. 12. pag. 498. etiam si non appareat Compostellanus in c. Capitulum. nu. 25. vers. nunquid creditur, de rescript. Puteus decis. 144. n. 2. lib. 2. Marefcotus variar. resolution. lib. 2. c. 1. nu. 152. dum-

modo tantum tempus præcesserit, quod verissimiliter præsumatur, potuisse extrajudicialis informatio per iudicem exequutorem capi. Marefcotus ubi proximè, n. 153. Achil. decis. de filiis presbyter, vel etiam dummodo contrarium non probetur, scilicet; nullam fuisse captam extrajudicalem informationem, & indagacionem: ita tenuisse Rotam Romanam in una Spalen. canonice. 10. Aprilis 1606. coram Ludovico testatur Marefcot. ubi proximè dict. c. 1. n. 154.

34 modo tantum tempus præcesserit, quod verissimiliter præsumatur, potuisse extrajudicialis informatio per iudicem exequutorem capi. Marefcotus ubi proximè, n. 153. Achil. decis. de filiis presbyter, vel etiam dummodo contrarium non probetur, scilicet; nullam fuisse captam extrajudicalem informationem, & indagacionem: ita tenuisse Rotam Romanam in una Spalen. canonice. 10. Aprilis 1606. coram Ludovico testatur Marefcot. ubi proximè dict. c. 1. n. 154.

35 Quod non solum procedit, ubi non est clausula (vocatis vocandis) vel & nullus est contradictor, ut per Puteum decis. 144. n. 1. & 2. sed etiam quando in commissione adest clausula (vocatis vocandis) nullus tamen est contradictor, nec qui debeat vocari; nam adhuc in his casibus omnibus procedere potest exequutor delegatus extrajudicialiter, ut per Rotam in una Romana devolutionis 20. Martii 1580. quæ est 636. n. 1. & 4. 1. p. diverso. & alias, quas allegat. Sequitur Nicolaus Garcia de benef. in part. 11. c. 2. n. 138. & 139.

37 At verò quando commissio sit cum clausula vocatis vocandis, quoniam cum tunc faciat exequutorem Salgado de Protect. Reg.

mixtum, ut per Felin. in cap. exhibita nu. 4. de iudicis, & in cap. de cetero n. 10. de iudic. per ipsum & omnes in cap. fin. de præsumptioni. & per alios resolvimus cap. præcedenti à num. 48. cum sequentibus, & tunc necessario interesse habens est, citandus, & vocari debet, seu etiam aliàs adast contradictor, nam tunc omnino debet procedere in forma iudicii contentiosæ, formæque processus, & acta juris ordinæ servato requiritur receptio testium, & probationum super veritate narratorum, de quo processu debet doceri & constare: Egid. decis. 617. Puteus d. decis. 144. nu. 4. Nicolaus Garcia loco proximè relato, num. 140.

Quid autem venit dicendum, ubi hujusmodi decreti interpositio commissæ est cum prædicta clausula (vocatis vocandis) qua, ut diximus, uti non debet, ubi nullus est, qui possit citari, si fortè ipse exequutor delegatus formavit processum, & recipit testes cum juramento & in forma iudicii, de quo processu constat, non tamen de partis citatione, nec alicujus vocatione, & apparet de decreto interposito à iudice delegato, & exequuto; an ei sit standum, donec contrarium non probetur; & respondendum est affirmativè, ut colligitur ex Rota in una Aversana Tenimenti 15. Februarii & 5. Martii 1580. quæ habetur in impressis decis. 716. ad finem 2. part. diversor. Garcia d. 11. part. c. 2. nu. 141. ubi citat ad id Oldradum, Corneum, Covaruv. Hojedam, & alios.

Et ita ex hac limitatione, seu potius declaratione appositâ conclusioni superius præmissæ in hac materia, aliam deducamus, & illam; ut appellationi interpositæ à decretis super alienationis confirmatione, & similibus, ubi processum est judicialiter, & in contradictorio iudicio; si iudex Ecclesiasticus ordinarius, vel delegatus non deferat, vim faciat.

Et ex his quæ hucusque adducta sunt, facile poteris absolvere dubium unum de quo jam semel fui interrogatus, & consultus: an à decreto confirmationis factæ ab ordinario super donatione juris patronatus; appellationi emissæ non deferens, vis committatur. Circa quod suppono, quod donatio, legatum, seu concessio juris patronatus facta à laico, vel clerico pio loco, non indiget confirmatione ordinarii; at donatio seu aliàs particularis concessio juris patronatus facta clerico, vel laico recipienti nomine proprio, non valet, nec tenet nisi demum accedente consensu, seu confirmatione Episcopi diocæsanæ, de quo cum variis & multis aliis quæstionibus, usque ad refectionem invenies per Lambert. in tractatu de jure patronat. 2. part. lib. 1. per cunctos articulos & quæstiones ejus à principio, & alibi passim etiam per Doctores.

Hinc succedit, & potest; prout in ceteris decretis, de quibus supra, responderi, præsertim ex his quæ de decreto confirmationis latè diximus: ut scilicet, cum sui sit natura primæva attenda, actus omnino extrajudicialis, & voluntariæ non contentiosæ jurisdictionis, quia celebratur inter volentes, & non invidios, & quia pedum est interloquutoria, sed vim habens, & ad ejus similitudinem inventum, pariter, & eodem modo minimè sit in hujusmodi confirmationis decreto appellationi deferendum, quominus executioni actus confirmatus mandetur.

Nec ommissa consideratione parvitas nimis præjudicii & juris proprii conservatio, quod ex decretis præcipuæ confirmationis hujusmodi affolet, ut diximus jam, & quod in propositum ait Lambert. supra citato loco q. art. 1. quæst. princ. d. 2. p. d. lib. 1. præcipuè n. 6. & sequentibus, dicens, quod quando aliquis laicus donat aliquam Ecclesiam, quam nec detinebat, nec jus patronatus in ea habebat, tunc ejus donatio, legatum, vel concessio non est in consideratione; etiam si consensus Episcopi intercederet: & reddidit ipse rationem, quia nemo dat quod non habet; unde cum iste nihil dare poterat,

poterat, nec Episcopi consensus aliquid operabitur, quia confirmat actum, quem ille facit; sed ille nihil agit, nec consensus aliquo modo suffragabitur; quia confirmans nihil de novo agit, sed tantum autorizat rei existentem, & sic non existentem non prodest, *c. inter dilectos, de fide instrumento. & per totum tit. de confirmatione nulli vel inuili*: conferunt ad hoc etiam quæ nos superius adduximus, ubi etiam quod per hoc confirmationis decretum extrajudicialiter expeditum, nihil juris alterius detrahatur, imò maneat illatum, istudque decretum nihil ponit in esse, quantum ad jus tertii, sed solum est quædam autoritas, quam præstare nullo modo potest Episcopus, se excusari, quod si fecerit & absque iusta & rationabili causa, potest adiri superior, qui aut eum compellat ad consentiendum, aut vel ipsemet consentiat: de quo est text. *in c. nullus de jure patronat.* ubi Doctores omnes, & præcipue Abb. ita exactè Lamb. (plures & utiles ex eo deducens questiones) *in 20. art. 1. q. princ. 2. p. dist. lib. 1. n. 46.* hoc declarat, ut in casibus, in quibus potest adiri superior, propter denegatam confirmationem, consensum, consilium, licentiam, autoritatem, absolutionem, & similia (ad quæ extenditur dispositio *d. c. nullus*, ut alios ipse *ibi n. si.*) sit omnino ad eundem per viam querelæ, & non per viam appellationis, ita etiam tenet Barba *in c. ceterum n. 11. colum. versiculo in adde. de judiciis*, dicit plura quæ per te ipsum vide, sed contrarium verius est, imò per viam appellationis posse adiri, ut ex multis probamus *infra cap. sequenti* circa licentiam denegatam beneficiario, ut possit abesse à beneficio, ut ibi latissimè videbis à *n. 27. & sursum.*

42 Hæc tamen doctrina eandem distinctionem, seu declarationem pati, dubium non est, quam cætera decreta, & præcipue confirmationis patiuntur, prout factis remanet probatum superius, dum firmavimus, ut scilicet procedat, quando expediatur sua primæva natura retenta, scilicet extrajudicialitatis, & absque contradictore; si verò contradictor apparet, allegans legitimas exceptiones, cum judicialiter super eis debeat procedere ordinarius, & causa per diffinitivam terminanda, utique appellatio suos habet effectus; multæ enim sunt legitimæ exceptiones, quæ hujusmodi confirmationis decreto possunt opponi ab interesse habente; ut quando facta fuit donatio juris patronatus sine dicto Episcopi consensu, & postmodum facta est alteri illi interveniente, ut primus si perat confirmationem; secundus possit legitimè contradicere, cum sua donatio prævaluisset, de quo per Lambert. *supra 19. art. 1. q. princ. d. 2. p. d. lib. 1.* & de aliis exemplis videre poteris *ibi art. 18.* & per totos articulos, ubi de legitimis exceptionibus tibi constabit.

43 Et in terminis nostri dubii ultra doctrinas & autoritates supra adductas, magis in specie probatur in una Rotæ decis. Lucana plebis seu Parochialis 8. Junii 1572. coram Domino Lanceloto, seu Benarino, ex qua apparet, quòd cum fuisset datus delegatus à Papa, ut confirmaret donationem juris patronatus, & ipse ad eam processisset judicialiter, voluerit confirmationis, & institutionis sententiam exequi, appellatione pendente, & Rota decrevit in hæc verba: Domini dixerunt possessionem esse attentatam, quia captam appellatione pendente, non obstat quòd ordinarius processerit tanquam exequutor deputatus in confirmatione donationis, quia hoc non procedit, quando assumit partes Judicis, Felin. *in cap. fin. de presumption.* & pronuntiavit parte citata institutionem faciendam, non obstat, &c. (*& ibi*, secus in casu isto in quo agitur de jure patronatus, & institutione facienda vigore illius, &c.) quam decisionem aliud agens adducit ad litteram Nicolaus Garcia *de benef. 4. p. c. 9. n. 18.*

44 Ex quo duo utiliter colliguntur simul ad nostrum propositum, ut exequutor datus ad confirmationem

hujusmodi donationis, procedere potest extrajudicialiter & de facto, & ob id ab illo minimè potest appellari. Secundum; ut quando procedit judicialiter cum partis citatione, & cum diffinitiva in contradictorio judicio, & ob id causa effecta fuit appellabilis, quæ decisio rectè probat hujus dubii resolutionem, convenitque cum aliis decisionibus, quas ad eandem doctrinam supra adduximus, & ita deneganda est iudicis violentia in hujusmodi decreti appellatione, ex modo etiam procedendi, quo fuit usus, an judiciali, ut tunc appellatio delationem desideret, an extrajudiciali absque contradictore, ut tunc vim non fieri declaratur, prout etiam præfactum dubium, quando de eo sui consultus, resolvi, respondens.

CAPUT XV.

A mandato de residendo beneficium; vel de ordinando de ordine ei necessario, ac etiam à visitatione, an vis fiat, si appellationi interpositæ minimè sit à iudice delatum.

SUMMARIUM.

- 1 Residentia beneficii præceptum est sententia interlocutoria habens vim diffinitivam.
- 2 Residentia præceptum si expeditur absque causa cognitione, est actus extrajudicialis.
- 3 Residentia præceptum non requirit citationem judicialem.
- 4 Residentia præceptum non suspenditur per appellationem, sed ea non obstante opponitur beneficiario substitutus. Concil. Trident. sess. 23. de reform. c. 1. circa residentia præcepta explanatur, ibid.
- 5 Residentia ab ipso præcepto non datur appellatio; quominus absens compellatur residere, & deinde substitutus congrua portione.
- 6 Residendi à præcepto dicitur frustratoria.
- 6 Appellatio si negetur à causa principali, pariter negata censetur à præambula compulsione.
- 8 Residentia pena per diffinitivam imposita in contumaces absentes non recipit appellationem.
- 9 Trident. sess. 23. c. 1. circa non residentes loquens, declaratur.
- 10 Resident neglecta penâ appellatione & inhibitione non obstantibus, exequenda contra absentes sive contumaces sive non contumaces, decrevit Senatus supremus.
- 11 Non residentia pena imposita parochis, non extenditur ad non residentes beneficia simplicia.
- 12 Residentia est de jure divino in animarum curam, seu gubernationem habentibus.
- 13 Non residentia pena non recipit appellationem quoad suspensivum, secus quoad devolutivum.
- 14 Trident. removens appellationem intelligi quoad suspensivum sæpe declaravit sancta Congregatio.
- 15 Residentia monitorium, & præceptum extrajudicialiter expeditur, penarum verò impositio per diffinitivam juris ordine servato.
- 16 Non solum in Parochialibus, sed in aliis simplicibus beneficiis.
- 17 Contra non residentem sive sciatur ubi sit sive non, ad beneficii privationem quomodo sit procedendum, & quod tempus absentia requiratur.
- 18 Monitorio trina non est necessaria contra non residentem, sive absentem, sive presentem, si commode citari potest personaliter.
- 19 Et tunc quod tempus absentia requiratur.
- 20 Non residentis citatio ubi agitur ad privationem non sufficit extrajudicialis.
- 21 Contra non residentem ubi agitur ad privationem fruc-

- 22 Etum alias penas arbitrarias, an & quando trina citatio sit necessaria.
- 2 Determinatio una, respiciens plura determinabilia, illa pariformiter determinat.
- 3 Non residente monito à quo incipiat currere tempus, quo debet expectari, antequam ad privationem deveniatur.
- 24 Contra non residentem sententia privationis, qua non est servatus juris ordo, exequi non potest appellatione pendente.
- 25 Non residens ex justa tamen causa aut impedimento, seu licentia condemnatus ad privationem, &c. an queat appellationem suspensivam interponere.
- 26 Residentia materia, & qua beneficia illam exigant; & qua persona excusentur, & de licentia quando concedenda, vel non, & qui sine ea possunt abesse, & de aliis remissive.
- 27 Licentiam absentia ab ordinario negante appellationi emissa, an sit deferendum.
- 28 Abesse an possit beneficiarius pendente appellatione à denegata licentia.
- 29 Licentiam absentia non sufficit petere, sed & obtinere.
- 30 Appellatione pendente parti & iudici non permittuntur, que ante appellationem non poterant geri.
- 31 Fructibus & re, non privatur quis appellatione pendente.
- 32 Licentia absentia expressè concedenda.
- 33 Actus negativus secum trahit executionem.
- 34 Ab ordinis requisiti suscipiendi decreto appellationi emisse per beneficiarium an sit deferendum.
- 35 Annus ad ordines suscipiendos à quo tempore currere incipiat.
- 36 Ordines quales, & qua beneficia requirant, & qua pena plebantur beneficiarii ob non receptos intra annum, & qua impedimenta illos excusent, & de aliis hujus materie questionibus, remissive.
- 37 Canonici non ordinati non habent vocem in Capitulo.
- 38 A præcepto de suscipiendis ordinibus necessariis appellationi deferendum non est.
- 39 In spiritualibus iudex potest incipere à præcepto.
- 40 Monitorium de ordinibus suscipiendis est actus extrajudicialis.
- 41 Appellationi à mandato de suscipiendis ordinibus deferendum non est.
- 42 Ecclesia favor aut cultus divinus suspendunt appellationis effectum, qua non causant attentatum.
- 43 A sententia diffinitiva, qua quis privatur beneficio ob non susceptos ordines necessario appellationi emisse an sit deferendum.
- 44 Ab eo, quod sit in executionem canonicorum decretorum non licet appellare.
- 45 Sententiam privationis, & aliarum penarum ob non susceptos ordines intra annum appellatio non suspendit.
- 46 Sententia privationis vel compulsione suscipiendorum ordinum suspenditur per appellationem, ubi allegatur de legitimo impedimento.
- 47 Quod procedit, quando ex actis evidenter de legitimo impedimento constat.
- 48 & 49 Ab ordinibus susceptis suspensus an pendente appellatione possit accedere ad alios, & an illis possit interim uti.
- 50 A visitatione & morum correctione appellatio, nec inhibito executionem suspendit. Trid. sess. 24. de reformat. c. 10. explanatur, ibidem.
- 51 Trid. sess. 13. c. 1. explanatur.
- 52 Remedio ad innocentiam præsidium instituto, ad iniquitatis defensionem non est abutendum.
- 53 Visitations, & correctionis causa ante diffinitivam non recipit appellationem.
- 54 & 55 Visitations causa non suspenditur per appellationem.
- 56 Visitations diffinitiva admittit appellationem devolutivam, non suspensivam.

Salgado de Protec. Reg.

- 57 Residentia mandatum in visitatione edictum non recipit appellationem.
- 58 Visitatio recipit appellationem, ubi privilegium exceptionis quis docet.
- 59 Trident. sess. 24. de reform. c. 10. declaratur, & seqq.
- 60 Privilegium exceptionis, si proveniat ab immemoriali, an admittit appellationem à visitatione.
- 61 Visitations extrajudicialem, & ejus executionem an impediatur appellatione vigore privilegii, & quid in judiciali.
- 62 Visitatio citata parte & cum causa cognitione facta recipit appellationem.
- 63 In visitatione extrajudicialiter facta ordinarii recusatio non advertitur, secus ubi agitur judicialiter.
- 64 Cultus divinus celerem executionem exigit, & non recipit appellationem.
- 65 Visitatio & morum correctio propter excessum admittit appellationem.
- 66 Extrajudicialiter proceditur in visitatione & correctione sui primæva natura retenta.
- 67 Visitations materia remissive.
- 68 Episcopo asserenti in aliquo casu se procedere per visitationem, statur quoad appellationis receptionem.
- 68 Trident. sess. 22. de reform. c. 1. circa renovandas penas decretorum tractantium de honestate Clericorum appellatione remota.
- 70 A visitations casibus, quibus appellatio permittitur, causa gravaminis erit exprimenda.

CIRCA prioris hujus capitis partis, de residentia, inspectionem, notandum censo, ut licet præceptum iudicis jubentis, clericus ut resideat in beneficio, residentiam sui natura requirentem, sub pena, & comminatione privationis ejusdem, sit interlocutoria sententia vim diffinitivam habens, cap. 1. & ibi notat, de cleric. non resident. Panormitan. Decius & alii *in c. pervenit de appellation.* Barba, *in rubrica de sentent. & re judic. in clem. col. 2. Rebuff. in prefat. l. quod iussit, numero 50. de judica.* à quibus posse appellationem emitti, latè diximus supra, c. 1. hac 2. p. a principio.

Quod intellige, & declara, tunc hoc præceptum seu monitionem vim habere diffinitivam, quando scilicet expediatur cum causæ cognitione; aliter namque istum præceptum, seu monitorium est omnino extrajudicialis actus, & extrajudicialiter expeditur, ita tenet Philip. *in c. pervenit, 2. 3. not. de appell. dicens*, quòd quando fit præceptum ut aliquis resideat in ejus beneficio, non requiritur monitio, seu citatio judicialis; sed sufficit extrajudicialiter, & ante fin. *ibi in d. c. pervenit.* quod quando fit præceptum cum causæ cognitione habeat vim diffinitivam, non aliter, & ibi not. Joan. Andreas per ea quæ habentur *in c. dudum, el 2. de electione.* Bart. *in l. non fatetur, ff. de confessis*, & est de mente gl. *in c. ex parte in Christo de ver. signif. & Spec. in tit. de appell. §. 1. vers. in quibus*, bene Abb. *in rub. de sent. & re jud. n. 8.* post alios.

Tamen iustissima rationis motu Alex. III. *in c. 4. pervenit, el 2. de appell.* respondit, appellationi à monitorio facto absentis canonico, ut in Ecclesia resideret minimè esse deferendum, sed ea non obstante, posse procedere ordinatum ad compulsivum, & appositionem vicarii, substituti, ut admoniti vices sustineat; assignata ei de fructibus beneficii congrua sustentatione, & si monitus nihilominus nolit monitoriis acquiescere privetur eodem, & alteri, personæ idoneæ conferatur. Idem etiam renovatum fuit sacro Tridentino decreto sess. 23. de reform. c. 1. vers. quod si, in hæc. Quod si per edictum citati, etiam non personaliter per contumaces fuerit, liberum esse vult ordinariis, per censuras ecclesiasticas, & sequestrationem, & subtractionem fructuum, aliaque juris remedia, etiam usque ad privationem compellere, nec executionem hanc quo lib.